# The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

## Compassio r

### cum fonte primo

Cuius pectus tam ferreum,
cuius cor tam lapideum ut gemitus non exprimat,
lacrimas non effundat cum proximi uel amici
morbum uel interitum intuetur
ut pacienti non compaciatur
et dolentibus non condoleat?
Ipse Iesus cum uidisset Mariam et Iudeos

plorantes infremuit spiritu,
turbauit semetipsum et lacrimatus est.

Innocencius de uilitate condicionis humane.

Cuius pectus tam ferreum,
cuius cor tam lapideum ut gemitus non exprimat,
lacrimas non effundat, cum proximi vel amici
morbum vel interitum intuetur,
ut pacienti non compaciatur
et dolentibus non condoleat?
Ipse Iesus, cum vidisset Mariam et Iudeos
qui cum ea venerant ad monumentum
plorantes, infremuit spiritu,
turbavit seipsum, et lacrimatus est,
set eo pocius quod mortuum
ad vite miserias revocabat.

Innocentius III, *De miseria condicionis humane*,
1.24 (R.E. Lewis ed., p.135, ll.8-16).